

**Vademecum Sive Praxis Opera Quotidiana Aliaque ritè  
peragendi, & per ea salutem & perfectionem propriam, ac  
proximi, instituto Societatis Jesu conformem assequendi**

De crebrâ per diem mentis in Deum elevatione ex omnibus, quæ per  
sensus attinguntur, animæque potentiis se objiciunt

**Limpens, Ferdinand**

**Coloniæ Agrippinæ, 1744**

Corvus.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54773](#)

probi. Assument pennis ut aquilæ. Is. 40. Homines in cælum aspirantes.

*Milvus, Turiur, Ciconia, Hirundo.*

**M**ilvus in cælo cognovit tempus suum, turtur & hirundo, & ciconia custodierunt tempus adventus sui. Populus autem meus non cognovit judicium Domini. Jerem. 8. Sicut pullus hirundinis, sic clamabo, meditabor ut columba. Is. 38. Turtures omnes noxiæ evitant occasiones, nec garriunt ut aliae aves, sed gemunt. Symbolum sunt devotarum Viduarum. Eunt in montibus [per hoc evitantes pericula] quasi columbae convallium omnes trepidi. Ezech. 7. Cautus, vigilans, sedatus, nec nimis loquax sis in conversatione.

*Passer, Pelicanus, Nycticorax.*

**P**asser solitarius in tecto. Ps. 101. Designat hominem à terrenis abstractum divinæ insistentem contemplationi. Idem admirat Pelicanus. Hinc David ibidem dicit: *Similis factus sum Pelicano solitudinis, factus sum sicut nycticorax in domicilio.* Ibid. Passer invenit sibi domum, & turtur nidum sibi, ubi ponat pullos suos. Ps. 83. Sic etiam Deus te non deseret.

*Corvus.*

**C**onsiderate corvos (quascunque alias volucres) quia non seminant neque metuant, qui R. 3 bus

390      *Pars secunda de elevatione  
bus non est cellarum neque horreum, & Deus  
pascit illos. Luc. 12.* Reflecte ad tot sacros Or-  
dines mendicantes. *Dat jumentis escam ipso-  
rum, & pullis corvorum invocantibus eum, Ps.  
145.* Pulli corvorum, quamdiu non nigrescunt,  
non accipiunt escam à senioribus putantibus  
eos non esse pullos suos ; Interea temporis Dei  
providentia in nido nascuntur vermes, quibus  
nutriantur, & crescunt. Ita Physici.

*Struthio, Accipiter.*

*S*Truthio derelinquit ovæ sua in terra, obli-  
scitur, quod pes conculceret ea, aut bestia agri  
conterat. Duratur ad filios suos, quasi non sint  
sui, privavit enim eam Deus sapientia, nec de-  
dit illi intelligentiam. ( Symbolum parentum  
non attendentium ad proles suas ) Interim pro-  
pria tñenda vita satis curam agit. Cum tem-  
pus fuerit, in altum alas erigit, deridet equum  
& ascensorem ejus. Job. 39. Utinam tu similiter  
insidiantes corpori, & animæ eludas. Num  
quid per sapientiam tuam plumescit Accipiter ex-  
pandens alas suas ad Austrum. Job. 39. Natu-  
rali instinctu expandit is alas suas ad Austrum,  
seu flatum venti Australis. Qui, quia lenis est  
& calidus, laxat corpora & poros, ut plumæ  
facilius excidant, & ipse novis plumis succe-  
scitibus quasi rejuvenescat, & quot annis de-  
novo plumescat. Symbolum est spiritualis reno-  
vationis teste S. Gregorio.

*Columba.*